NOVUM FORMULARIUM

Wien, 1386 Seite 77r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten

de dicta ecclesia et altera curie et auctoritate predicti domini presentia episcopi et
virtute specialis commissionis super hoc nobis per ipsum facte receptis vobis
in persona procuratoris vestri et eisdem procuratoris pro nobis et vestro nomine
recipientibus auctoritate et curie dicti domini episcopi et vigore commissionis eiusdem
conferimus et donamus et dictum procuratorem per nos et vestro nomine procuratoris et
recipientes et vos per ipsum auctoritate predicta de ipsa ecclesia et iuribus et per-
tinentiis suis universis per nostri anuli traditionem presentialiter investimus etc.
Ut est in littera collationis ecclesie in persona a procuratoris dicto et procuratoris vestro
nomine procuratoris vestro et pro nobis vice et nomine dicti domini episcopi recepimus iurantem
ad sancta dei evangelia in animam vestram quod eidem domino episcopo eritis
obediens et fidelis mandata sua etc. ut supra.

Collacio ecclesie eiusdem dioc. · 192 ·

Ecclesiam parochialem vestre dioc. ad collationem nostram pertinentem va-
cantem per liberam resignationem P. et procuratoris ad hoc specialiter deputa-
tus a discreto viro B. dicte dioc. obtinentem eandem constitutis et nomine procuratoris
eiusdem in manibus nostris factam et ex causa permutationis per
nos tunc pro nobis ex una parte et ecclesie parochiali dioc. et dicti
seu eius procuratorem predictum cum predicta ecclesia facte receptis vobis in persona
procuratoris vestri et eidem procuratoris vestro pro nobis et vestro nomine recipientibus conferimus
et donamus cum omnibus iuribus et pertinentiis suis et vos per ipsum de
dicta ecclesia ac iuribus et pertinentiis suis universis per nostri anuli traditionem
presentialiter investimus curam et regimen ecclesie predicte vobis plenarie
committentes mandantes etc.

Collacio beneficii resignanti causa permuta-
cionis auctoritate ~~ord.~~ commiss. ordinarii · 193 ·

Universis etc. talis commissarius vel sub executor ad infrascripta
specialiter deputatus salutem in domino. Noveritis nos quasdam
A. venerandi in Christo patris domini A. et B. dei gratia episcopi specialiter
litteras dictorum dominorum episcoporum eorum veris et notis sigillis sigillatas sanas
et integras vitio et notis et testibus infrascriptis per tales dominos
presentatas cum digna reverentia recepisse quarum tenorem inferius ponendum
distinximus. quibus quidem litteris a nobis receptis et per nos visis et
diligenter inspectis A. et B. procuratores C. ad hoc ab eo specialiter constituti
prout constat per instrumentum scriptum et signatum per talem notarium procuratorio nomine
ipsius C. asserentes et proponentes coram nobis quod dominus A. quod idem prius tenuit tunc et